



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quod sacerdotes ante quadragesima[m] debent admonere populu[m] ad
co[n]fessione[m], & ieiunium quadragesimæ. c. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

gestauerit, ab omni periculo anime, & corporis saluus semper existat. Qui cum patre & spiritu sancto vi. &c. *Oratio.*

O Domine Iesu Christus, qui nobis sacerdotibus, non nostris meritis, sed sola dignatione clementie tue propter ceteris gratia contulisti: ut quicquid a nobis in tuo nomine digne, ac perfecte agitur, a te fieri credatur: adesto (quasi) nostre officio seruitutis: & bene dicere & sanctificare digneris has creaturas auri, thuris, & myrrhe, quas nos in nomine sancto glorie tue bene dicere confidimus. Qui uiuis & regnas cum patre & spiritu sancto Deus per omnia secula seculorum. *Re. Amen. Benedictio.*

Bene dico itaque in titulum omnipotentie tue, & spem salutis fidelium uenturum, has creaturas auri, thuris, & myrrhe, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: ut sicut beatos tres magos Gaspar, Balthasar, & Melchior tibi eas offerentes ad mysteria tua cognoscenda illuminare, & ad te deuote adorandum accendere, atque ab insidijs & periculis custodire dignatus es, ita fideles tuos in tua misericordia sperantes, qui eiusdem creaturis tuis auro, thure, & myrrha in tuo nomine uisi fuerint, lumine tuo illustrare, amore tuo inflammare, & a cunctis aduersitatibus, & ab omnibus insidijs & nocuentis diabolicis preseruare digneris: Qui cum eodem patre & spiritu sancto ui. *Aspergatur aqua benedicta.*

Quod sacerdotes ante Quadragesimam debent populum admonere circa confessionem & ieiunium quadragesime.

Ex dictis Augustini.

Presbyteri admonere debent plebem sibi subiectam, ut omnes qui se sentit mortifero peccati uulnere lauciatum, feria quarta ante quadragesimam cum omni festinatione recurrat ad uirgatricem matrem ecclesiam: ubi quod male commisit cum omni humilitate & contritione cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia penitentie, secundum modum canonicis auctoritatibus prescriptum.

De exhortatione ante quadragesimam ad confessionem.

Ex penitentiali Romano.

Hebdomada priori ante initium quadragesime presbyteri plebem conuocent ad se populorum: & discordantes canonicam auctoritate reconcilient: & omnia iurgia sedent: & tunc primum penitentibus penitentiam dent: ita ut antequam caput ieiunii ueniat, omnes confessi penitentiam acceptam habeant: ut liberius dicere possint, dimittite nobis

De Benedictione cinerum.

nobis debita nostra, sicut in nos dimittimus debitoribus nris.

C Ex epistola beati Gregorii pape.

Quadragesima summa obseruatione est obseruanda: vt ieiunium in ea, propter dies dñicos, q̄ de abstinentia subtracti sūt, nisi que firmitas ipedierit, nullatenus soluat: quia ipsi dies decime sūt anni.

C De bñone cinerū in quarta feria in capite ieiunii. **Ec.**

R Eria quarta cinerū, ante nullam bñdicunt cineres facti de ramis oliuarū benedictis preteriti anni, si hñr, in medio chori ante altare hoc modo. **C** Primo cantatur antiph.



Audi nos dñe: quoniā benigna est misericordia

tu a: et secundum multitudinem miserationum tuarum

respice nos domine. **Ps.** Saluum me fac deus quoniā

intra uerunt a que, usque ad animam meam.

Gloria. Exaudi nos domine. **Deinde dicitur.**

Dominus uobiscum. **R.** Et cum spiritu. **Oremus.** **Oratio.**

O m̄ps sempiternus deus parce metuentibus, ppitiare supplicantibus; et mittere digneris sanctū angelū tuū de celis;

Ec 2 **lis;**